

DE MIRANDIS
DEIPARAE VIRGINIS

TAM IN GRATIAM, QUAM IN VINDICTAM

LIBER ULTIMUS

§. I.

INSIGNIS PRAEFATIO DE MIRACULORUM NATURA, ET UTILITATE, NEC NON DE POTESTATE VIRGINIS AD EA PATRANDA DISSERENS, VARIA DOCTRINA, ET ERUDITIONE LOCUPLETISSIMA.

Permultum sane interesse arbitror inter ea, quae vulgus miracula appellat, et ea, quae theologi proprie, et in rigore miracula esse censent. Etenim vulgus ea miracula dicit, quae ad stuporem, et admirationem illum excitant, licet facultatem naturae non superent. Unde ille epigrammaton scriptor dixit:

Barbara Paramydum sileat miracula Memphis.

Hinc etiam pro miraculis coluerunt, ac mirifice celebrarunt septem ingentia mundi opera, hominum industria, sine viribus confecta, atque elaborata, ut templum Dianae Ephesiae; Mausoleum reginae Cariae, in honorem sui viri structum; Colossum Iovis apud Rhodios; Iovis Olympiaci simulacrum, ex ebore a Phidias confectum; muros Babylonios, quos Semiramis regina construxerat; Pyramides Aegypti mirae altitudinis; Domum Cyri Medorum regis, quam Memnon, illegitimus aut lapidibus pretiosis, fabricavit, de quibus Plinius, et alii historici disserunt.

Ad haec Plutarchus (in vita Marcelli) refert, quod sola mani vim adhibente, ingentem navem, gravi pondere plenam, quam magna hominum multitudo non posset simpellere, aut loco dimovere, placido ipse vultu ad se trahat Archimedes. Idem etiam adeo artificiosas tormentorum machinas confecit in Syracusae defensionem, ut Romani dicerent, videris ibi non cum hominibus, sed cum Diis bellum fecisse: aut ut Gellius (l. 10. c. 12) narrat, Archytam Pythagoricum Tarentinum ligneam columbam affabre fecisse, quam per aera volare faciebat, ita ut omnibus animala esse videretur,

Boetius in quadam epistola Cassiodori, vel certe Theodorici ad eum missa, de Severino commemorat, eius mirabili artificio factum, ut aeneas bos mugiret, aenei serpentes sibilarent; aeneae volucres dulci cantu modularentur; et homines per aera viderentur tubis personantes. S. Augustinus (lib. 10. de Civit. Dei c. 10), nec non et Plinius (lib. 28. cap. 2), referunt, quod, cum persisset in medio Thebris navis, quae vehebatur faemina, quae Deorum mater falso putabatur, Claudia virgo Vestalis solo cingulo suo, navem, quod placuit, traxit. S. Thomas (in disputatis questionibus, de potent. q. 6. a. 5. ad 3) tradit, Tutium, virginem etiam Vestalem, e cribrum aqua plenum manu detulisse, nulla ab eo decedente aquae guttula. Quid plura? Archimedes vitream sphaeram confecit, in qua omnes coelos constituit cum motibus annorum, mensium, diei, et noctis; cuius meminit in haec carmina Claudianus poeta, in persona Iovis dicens:

Hucine mortalis progressa potentia caerae?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumque fidem, legesque virorum,
Ecce Syracusis transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatus spiritibus astra,
Et vivum certis moribus urget opus.
Percurrit proprium metibus signifer annum,
Et simulata novo Cythlia mense redit.
Iamque stupa volvens audez industria cernitum
Gaudet, et humana sidera mente regit.

Haec certe, etsi admirabilia sint, miracula neutiquam dici possunt more theologico loquendo: nam ad rationem miraculi duo praecipue requiruntur, iuxta communione Doctorum intelligentiam, et quod excedat totam facultatem naturae, et quod ordinario non fiat, sed raro: illa vero nuper narrata, naturali virtute hominum, vel daemionum effici poterant. Unde divus Augustinus (tract. 8. in Ioan. tom. 9. et 3. de Trin. cap. 8. tom. 3) inquit: Miraculum est aliquid arduum, et insolitum supra facultatem naturae, et praeter spem admirantis apparens. Quam definitionem d. Tho-

mas explicans (in disputatis quaest. q. 6. art. 2), de miraculis haec observatione digna scripsit: Dicendum, quod miraculi nomen a mirando est sumptum. Ad admirationem autem duo concurrunt, ut potest accipi ex verbis philosophi in principio metaphysicæ, quorum unum est, quod causa illius, quod admiramur, sit occulta; secundum est, quod in eo, quod miramur, appareat aliquid, per quod videatur contrarium eius debere esse quod miramur: sicut aliquis posset mirari, si videret ferrum ascendere ad calamitam, ignorans calamitæ virtutem, cum videatur, quod ferrum, naturali motu debet tendere deorsum. Hoc autem contingit dupliciter: uno modo secundum se, alio modo quoad nos: quoad nos quidem, quando causa effectus, quem miramur, non est occulta simpliciter, sed occulta huic, vel illi, nec in re quam miramur secundum rei veritatem, sed solum secundum opinionem admirantis: et ex hoc contingit, quod id, quod est uni mirum, vel mirabile, non est mirum, vel admirabile alteri, sicut sciens virtutem calamitæ, vel per doctrinam, vel per experimentum, non miratur praedictum effectum; ignorans autem miratur. Secundum se autem aliquid est mirum, vel admirabile, cuius causa simpliciter est occulta, et quando in re est contraria dispositio secundum naturam effectui, qui apparet, et ista non solum possunt dici mira in actu, vel mira in potentia, sed etiam miracula, quasi habentia in se admirationis causam. Causa autem occultissima, et remotissima a nostris sensibus est divina, quae in rebus omnibus secretissime operatur: et ideo illa, quae sola virtute divina fiunt, in rebus illis in quibus est naturalis ordo ad contrarium effectum, vel ad contrarium modum faciendi, dicuntur proprio miracula: ea vero quae natura facit, nobis tamen, vel alicui nostrum occulta, vel etiam, quae Deus facit, nec aliter nata sunt fert, nisi a Deo, miracula dici non possunt, sed solum mira vel mirabilia: et ideo in definitione miraculi ponitur aliquid quod excedit naturae ordinem in hoc, quod dicit supra facultatem naturae, cui ex parte rei mirabilis respondet, quod dicitur arduum, et ponitur etiam aliquid, quod excedit nostram cognitionem, in hoc, quod dicitur, praeter spem admirantis apparens, cum ex parte rei mirabilis respondet, quod dicitur insolitum: nam per consuetudinem aliquid in nostram notitiam familiaris venit. Ex qua doctoris angelici doctrina quaecunque operationes, quae non excedunt facultatem naturae, quantumcunque in admirationem rapiant, miracula non sunt. Huiusmodi erant mirabilia illa, quae magi Pharaonis effecerunt, applicando activa passivis: similiter etiam operationes, alioquin supernaturales, ac totam facultatem naturae excedentes, si tamen non sint insolitae, sed frequenter fiunt, ut conversio libera peccatoris in Deum, et iustificatio eiusdem, a ratione miraculi excluduntur, ut docet s. Thom. (p. 3. q. 105. a. 7. et in disputatis q. 6. de miracul. art. 2). Quod si obiciatur, ad rationem miraculi excludendum esse transubstantiationem, quia licet sit opus supernaturale, non tamen est insolitum, sed potius frequentissimum, cum toties quotidie fiat, quoties consecratio panis et vini iteratur;

et tamen constat ex communi sententia Theologorum cum d. Thoma (in praecit. q. 4. de miraculis), transubstantiationem esse magnum miraculum. Respondeo, vel definitionem illam miraculi a divo Augustino assignatam intelligi debere de miraculis sensibilibus, seu sensu perceptibilibus: illa enim ut dicuntur miracula, debent esse insolita, et rara; transubstantiatio autem est miraculum sensibus omnino ignotum, cum ibi sensus nullam prorsus mutationem percipiat, et ideo est de iustificacione. Unde divus Thomas ait (quaest. 6. de miraculis, art. 2. ad 2): Dicendum quod insolitum dicitur miraculum, quia est contra consuetum cursum naturae: hoc sane difficile est, quia ex eo aperte efficeretur contra ipsam, iustificacionem impij non esse excludendam a ratione miraculi, ex eo quod non esset insolita: nam illud censet divus Thomas insolitum, quod est contra consuetum cursum naturae; iustificatio autem, sicut et transubstantiatio contra consuetum cursum naturae est, cum ad illam, nec semel tota facultas naturae attingere possit. Vel dicendum, de ratione essentiali miraculi non esse, ut sit insolitum, ut recte adnotavit Vigerius (de grat. divina cap. 9. §. 2. ver. 1): etenim si quotidie Deus suscitaret homines, certe eorum suscitatio, quantum attinet ad rationem essentiali illius actionis, non minus esset miraculosa, quam nunc, licet alioquin non tantam admirationem in nobis causaret propter eius frequentiam. Quare omnia opera, quae quantum ad substantiam, vel modum superant totam facultatem naturae creatae, opinor vere, et essentialiter esse miracula.

Cum igitur in hoc libro de miraculis agere lentamus, per intercessionem b. Virginis patris, non solum comprehendere nitimur opera Virginis, quae in toto rigore theologico vere miracula fuerit, sed et alia valde mirabilia, et stupenda, licet formalem rationem miraculi iuxta aliorum opinionem non attigerint, quia frequentissime illa facilitatebat. Est autem huiusmodi tractatio haec duplici potissimum ratione valde conveniens, tum quia ad pietatem Virginis in suos clientes manifestandum, tum ad potentiam iure intercessionis commendandam, tum tandem ad peccatorum animos in bonum promovendos permulturn valet. Etenim Virgo egregie mihi praefigurata videtur in Moysis virga, per quam ad educendum Dei populum ex Aegypto, et introducendum in terram promissionis, tot sunt admirabilia patratia miracula, quemadmodum Petrus Damianus (serm. de Assumpt. s. Bernardinus Senensis (tom. 3. ser. 1. de nom. Mariae art. 3. cap. 2. et serm. 14. art. 1. cap. 3), et s. Antonius (4. part. tit. 15. c. 24. §. 4), animadvertentur; ut propterea Virgini dicatur (Cantic. 1): Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea. Equitatus enim Dei, qui Pharaonem expugnavit, eiusque curru subvertit, ex Honorio (in sigillo), et ex Ruperto (in Cantic. c. 8), fuit virga Moysis, quae primo in colubrum versa; Magorum virgas devoravit, deinde aquas fluminis percussit, eas vertit in sanguinem, aliisque plagis Pharaonem, atque Aegyptios affecit; novissime autem, ut Dei populus ex il-

la servitute in libertatem omnino duceretur, mare rubrum pervium reddidit populo Dei, cuius aquis redentibus demersus est Pharo cum curribus, et equibus eius. Huic autem virgine Moysis, quae equitatus Dei dicitur in curribus Pharaonis, quod magnis prodigiis, atque miraculis Pharaonem, etasque curus de bellarum, iure optimo (*Cant. 1.*) assimilatur ex Ruperto, et Honorio Deipara, quae virga lesse dicitur (*Isaiae 11.*), et in virga Moysis adumbratur, quod in liberatione illa, qua, ut verbis utar s. Leonis (*serm. 8. de Passione*): *Non ex dominatione Pharaonis unus populus, sed ex diaboli captivitate totus mundus servatur*, ea omnia signa spiritualiter peregerit: cunctas haeresees, sola, ut canit Ecclesia, in universo mundo interemerit, diaboli vires fregerit, suaque ope, atque patrocinio, veluti mystica Moysis virga, expeditur via populo Dei, dum unda maris rubri, id est, mundi huius peccatorum sanguinibus crenati, perentur, ac dividitur, ut Dei populus per hoc desertum ad terram promissionis intralarat, sicco vestigio pertransire possit. Haec virga percussa petra, nimirum lapideum, et oblatum peccatoris peccus aquas lacrymarum ubertim emittit. Haec virgam in bello contra Amalecitas tenens Moyses in manu sua, cum levaret manus, vincebat Israel; si autem paululum remisisset, superabat Amalech, quia in nostra pugna cum daemone, levante in oratione ad Deum manus, et Virginis patrocinio, apud Deum implorantes, gloriosius vincimus. Haec est illa virga Aaron, ut ait divus Iohannes Damascenus (*orat. de dormit. Deip. Virg.*), arida, id est absque viri consortio, quae in Tabernaculo testimonii posita, praeclearissimum edidit miraculum, (*Num. cap. 17.*) germinavit enim, floruit, et fructum fecit: fructum, inquam, benedictum ventris sui, quo gustato, mors procul abigitur, et vita reparatur. Haec denique virga, tanquam praecipuum miraculum, cum manna, et tabulis legis in arca Dei asservanda reponitur. De sanctissima Virgine, quae per haec virgam Aaron in arca repositam, adumbratur, Ildofonus (*serm. 1. de Assumpt.*) existimat, locutum esse Davidem (*Psal. 109.*) cum ait: *Emittet Dominus ex Sion virgam virtutis suae. Deinde facies apostrophon ad eandem: Dominare, inquit, in medio inimicorum tuorum; haec Ildofonus.*

Præterea egregie etiam mihi adumbratam Virginem persuadeo per thronum illum, dilecto Joanni ostensum (*Apoc. 4.*), ex quo procedebat fulgura, et voces, et tonitrua. Sane beata Virgo thronus fuit, non Salomonis, sed ipsius Verbi divini incarnati, quod per novem menses in eius utero, velut in nitidissimo, et fulgentissimo throno requievit; ex hoc autem throno, tot voces, tot tonitrua, tot fulgura, quot miracula prodierunt: praeclear enim per fulgura miracula significat opinor. Primo, quia fulgura in sacris litteris nonnunquam pro fulminibus usurpantur; nec enim dubitandum est, fulmina fuisse illa, quibus Deus Aegyptios oppressit, quae tamen (*Exod. c. 9. 2. Reg. 22. et Psal. 17.*) fulgura nuncupantur. Illud etiam ad miraculorum vim explicandam per-

tinuit, quod, sicut fulgura, integro exterius manente corpore, universa ossa comminunt; et localis intactis, pecuniam conflant; et illaesa manente vagina, enses liquefaciunt; et illaesa per miraculorum suorum fulmina, infideles, et peccatores sic interdum afficit, ut cum exterius similes aliis remaneant, in carne videlicet ambulantes, non lamen secundum carnem militent, ut dixit d. Paulus (*2. ad Corinth. c. 10.*), sed omnem cordis duritiam intrinsecus amittant, et divino amore liquefacti, in Deum ferantur: denique divitiis, ac saecularibus honoribus contemptis, se Deo devoteant, ita ut a coelesti aliquo fulmine percussi videantur, quod in suis laboribus, qui etiam instar fulminum sunt, videtur David agnovisse, cum dixit (*Psal. 4.*): *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.*

Secundo, quia sicut fulgurum conscantatione pluvia consequitur, ita miraculorum splendorem consequitur poenitentiae compunctio, et lacrymae peccatorum anteaecae vitae, errores, et coecitatem lamentantium. Utramque significavit, unum quidem in literalis sensu, alterum in mystico regius Vates, cum dixit (*Psal. 134.*): *Fulgura in pluviam fecit*: in quem locum, ut hoc obiter dicamus, eleganter adnotavit ad litteram d. Aug. voluisse Deum, ut post fulgura pluvia sequeretur, quia fulgura sine pluvia terrent, et nihil utilitatis afferrent mortalibus: itaque voluisse ut post fulgur terrorem refectio pluviae sequeretur: si enim ille omnes suas comminationes in bonum tandem nostrum, et utilitatem mirabiliter convertit, iuxta illud (*Tobiae c. 3.*): *Post tempestatem tranquillum facit.* Nec minus elegans est d. Hieronymi (*in eum locum*) observatio, quam reperies (*in eius comment. super 3. cap. Marti*): *Fulgura in pluviam fecit, ut exlinguat misericordia, quod iudicium inurit.*

Tertio, quia, ut ait Richardus de sancto Victore, sicut fulgura longe, lateque coruscant, iuxta illud (*Matth. c. 24.*): *Sicut fulgur erit ad Orientem, et paret usque in occidentem, sic miraculorum splendor, et fulgor late multorum commemoratione fuoditur, plurimosque, vel ad fidem convertit, vel iam conversos in fide confirmat, atque idcirco miracula, splendor, et conscantio armorum Dei appellatur (*Habacuc cap. 3.*) ubi pro eo quod ex Hebraeo translit d. Hieronymus: *In lucis sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastae tuae, Septuaginta reddiderunt: In luminis saecula tua ibunt, in splendore, seu conscantio fulguris armorum tuorum.* Quem locum in haec sententiam expendit divus Gregorius (*lib. 3. Moral. cap. 3.*): *Fulgur, inquit, armorum est claritas miraculorum: Armis nos tuemur, iaculis adversa destruimus: arma ergo cum iaculis sunt miracula cum praedicatione. Etenim sancti verbi praedicationis, quasi iaculis adversarios feriunt: miraculis vero, quasi armis se tuentur; et quantum sint audiendi, sonent per impetum iaculorum; et quantum sint reverendi, ardeant per arma miraculorum.* Ex Mariano igitur throno tot prodire fulgura, quot miracula. Etenim b. Virgo officina fuit miracu-*

lorum, ut illam nuncupavit d. Iohannes Damascenus (*orat. 1. de natiuit. Mariae*), non solum quia Christum Dominum Deum, et hominem virgo concepit, et virgo peperit, in quem innumera tunc confluxerunt miracula. Unde et ipse seipsum miraculum appellat: ut cum nostra Vulgata verit (*Psal. 7.*): *Tanquam prodigium factus sum multis, divus Hieronymus ex Hebraeo transtulit: Tanquam portentum factus sum multis, cardinalis Caietanus vertit: Miraculum factus sum multis: quae verba, licet nonnulli illa interpretentur de Davide, qui miraculum sui temporis fuisse dicitur, quoniam adhuc iuvenis paucorum annorum, ursum, leonem, et gigantem interfecit; rectius tamen de Christo intelligenda veniunt, qui nemine dissentiente, maximum omnium saeculorum miraculum fuit.*

Verum, non solum hac ratione officina miraculorum beatissima Virgo appellatur; sed quia summus ille miraculorum opifex beatam Virginem Genitricem suam, tanquam propriam officinam extruxit, ex qua omnia pene miracula prodirent, ut qui miraculum aliquid eximium procureret, ad hanc sacram Virginis officinam accederet, ubi ea, et plura maiora efficerentur, propter quotidie in universo terrarum orbe frequentur ad beatae Virginis pariter intercessionem. Quare Andreas Cretensis (*orat. 2. de Assumpt.*) omnium miraculorum, quae quomodocumque facta sunt, aut fiunt, effectricem illam dicit: atque hinc est, quod si qua Virginis Deiparae imago, vel sentibus obstita, vel eluione aliqua humi defixa, digno cultu, ac veneratione aliquandiu desituitur, saepe miraculorum multitudine, ac splendore in oculis omnium maiore virorem, et mulierum celebratae mox restituitur. Neque id cuiquam mirum videri debet, si Deiparae supra reliquos sanctos, quibus miraculorum gratia est tributa, praesentiam attendat: quod pulchre Basilius Seleucia Episcopus (*or. in Deip. Annunc.*) animadvertit his verbis: *Quis, inquit, magnam Dei Genitricis virtutem non veneretur? quis quanto eos omnes intervallo post se relinquit, quos divinorum loco nos habemus, non miretur? Si enim Christus servis tantam gratiam conferre dignatus est, ut solo contactu, imo vero sola corporis umbra aegris praesidium afferre possent: nam, ut Actorum liber exponit, infirmi in plateis caeci, umbra tantum Petri contacti liberi a morbis evadebant. Non deerrant quoque, qui lente, quo apostolus Paulus corporis sudorem extergerat, accepto, infestos daemones profugiant, qualem vim aduersus omne morbum genus Virgini Matri collatum fuisse putandum est? non multo maiorem, quam ceteris Christi imperio subiectis? omnino haec res clara est. Et quid mirum, si sancti, cum inter vivos etiam tuos degebant, praepotenter operantur, cum terra quoque non omnem vita haec mortali iam perfunctorum vim et energiam una cum illis prorsus obruere poterit? Constat namque saepe illorum corpora ita tegere, ut si interiri, si eo tamen quo par est, modo adantur, sibi addictos trueri, atque conservare non desinant. Nam si talibus tantam miracula potrandi virtutem contulit Deus, qualem educationis mer-*

*ceden parenti donasse, quantisque charismatibus, et donis illan eorumasse existimandum est? haec divus Basilius Seleucia Episcopus. Iohannes Damascenus vero, qui (*in lib. 4. de pl. orthodox. cap. 13.*) scribit, Deiparam natam in domo probatica, seu ovili Iochim; ad hoc alludens (*orat. 1. de natiuit. Deip. Virg.*), hanc probaticam in miraculis edendis cum probatica illa piscina, de qua (*Joan. cap. 3.*) eleganter sic confert: *Fausta tibi sint omnia, o matris Dei probatica, sanctissimum delubrum, fausta tibi sint omnia, o probatica, patrum reginae domicilium; fausta tibi sint omnia, o probatica, seminum Iochim vetus sanum; mine autem ovilis ratione praediti Ecclesia coelum imitant, atque olim quidem, quomnis semel angelum Dei excipiens aquam turbantem, atque unum duntaxat vultudini restituentem, et ab urgente morbo vindicantem; mine autem coelestium virtutum copiosissimum agmen habens Dei Genitricem nobiscum laudantium, illam, inquam, miraculorum abyssum; illam universo orbi medicinam afferentem fontem; illam, inquam, quae non ministrum angelum accepit, sed illum magni consilii angelum, qui tanquam bona pluvia in veltus absque ullo strepitu descendit, atque omnem naturam morbo laborantem, ac ad interitum vergentem; in certam sanitatem, ac vitam senio carentem restituit, ob quam paracletus ille, qui in te erat, tanquam cervus exsilit, fausta omnia tibi sint, o veneranda probatica, incrementum sumat tua gratia, saluto te Maria, dulcissimum Annae pignus: non me rursus ad te amor pertrahit; haec tunc doctor Iohannes Damascenus.**

Et Christus Dominus, ut omnibus testatum esset efficacissimum suae Genitricis apud ipsum ad miracula efficienda patrocinium; primum miraculum, cum in nuptiis in Cana Galilaeae aquam in vinum mutavit, eius intercessione effecere voluit, quando teste s. Iohanne Evangelista (*cap. 2.*): *Manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius: ut non immerito divus Cyrillus (*hom. 6. in Nest. ad Virg.*) dicat: Per te omnis creatura conversa est ad cognitionem veritatis.* Cum, ut alia, quibus hoc de Deipara iure dicere possumus, omittam, et ipsi quidem Apostoli gentium omnium Doctores, occasione miraculi, beatae Virginis praesibus a Christo effecti, in eum crediderunt.

Huius primum miraculi, in quo ad beatae Virginis intercessionem, aquae in vinum mutatae Christus Dominus sequentibus saeculis memoriam extare voluit, quo etiam Christi virtutis, et efficaciae, quam habet apud eum Deipara, admoneretur: quod testatur divus Epiphanius (*haer. 15.*): *Circa undecimam, inquit, diem mensis Tyhi, quae apud nos est 6. Januarii, post annos 39. factum est primum signum in Cana Galilaeae, quando aqua facta est vinum: quapropter etiam in multis locis usque in hunc diem hoc fit, quod nunc factum est, divinum signum in testimonium incredulis, velut restantur in multis locis fontes, ac fluvii in vinum conversi. Cibeys quidem urbis Curvae fons, quae hora hauserunt ministris, atque conservare non desinant. Nam si talibus tantam miracula potrandi virtutem contulit Deus, qualem educationis mer-*

nostri de eo, qui est in Gerasa, in Martyrum templo: sed et multi in Aegypto, de Nilo hoc testantur. Quare in undecima Tybi apud Aegyptios omnes hauriant aquam, et reponunt tum in ipsa Aegypto, tum in multis Regionibus, etc. haec divus Epiphanius. Unde hypothesis illorum qui opinantur multo rariora esse nunc, quam olim miracula, non omnino veram, et certam opinor, cum sola Deipara Virgo permulta quotidie, eaque insignia miracula conficiat, ut his verbis testatur Pius Secundus Pontifex in Calice aureo, quem domini Lauretanae obtulit: *Quamvis tua potestas nullis coercetur finibus, ac totum impleat orbem miraculis, Laureti tibi placitam sedem per singulos dies innumeris signis et miraculis exornat. Imo si de miraculis in generali loquamur, certe in singulis centuriis esse septem, et decem decurris ab Ascensione Christi Domini in coelum, permulta, eaque praecleara miracula in Ecclesia Dei non fuere desiderata. In prima centuria, Apostoli miracula floruerunt, ut divus Lucas (in Act. Apostol.). In secunda milites christiani exercitus Marci Aurelii Antonini, qui miraculosum imbrem obtinere, ut referant Terullianus, Eusebius, Iustinus Martyr, et Orosius. In tertia floruit portentis, et prodigiis, atque stupendis gestis s. Gregorius Thaumaturgus, ut scripsere s. Basilus, s. Gregorius Nyssenus, s. Hieronymus, et Rufinus. In quarta florere miracula magnus Antoninus, s. Hilarius, s. Martinus, s. Nicolaus, ut testatur divus Athanasius, et Severus Sulpitius. In quinta permulti in patrandis miraculis insignes se exhibere, ut auctor est divus Augustinus. In sexta centuria d. Gregorius Magnus quatuor dialogorum libros conscripsit, quibus permulta illius aetatis miracula commemorat. In septima Anglia novit permulta d. Augustini miracula, pluraque alia experta est, quorum auctores fuere socii missi a d. Gregorio in eam regionem, ut ipsemet s. Pontifex testatur. In octava miraculorum gratia effluserunt in eadem Anglia s. Gutbertus, et s. Ioannes, ut refert venerabilis Beda. In nova illustris fuit miraculis Gallia in Svelonia propter translationem s. Sebastiani martyris, ut amalia eiusdem Galliae narrant anno 826. et Ignatius Nyssenus permulta testatur miracula tunc patrata a s. Ignatio Tharasio. In decima omnes in admirationem rapuerunt magna s. Vincenslae Bohemiae regis miracula, necnon s. Romualdi, quorum meminit beatus Petrus Damianus. In undecima, eruditus auctor Surtius permulta miracula refert Uldarici, et Dumstani. In duodecima, non pauca scribit divus Bernardus per s. Malachiam facta. In tertiadecima, sanctissimi illi patriarchae Dominicus, et Franciscus inaudita, et portentosa edidere miracula, in cuius etiam aetatis media, ac postrema parte, quam plurima patrata legitimus a d. Hyacintho Odrovansio, Petro nono martyre, Thoma Aquinate, s. Antonio de Padua, s. Clara, seraphico doctore d. Bonaventura, et s. Caesestino Papa Quinto. In quartadecima, operati sunt pene innumera sancta Catharina, et sanctus Bernardus Senensis, nec non sanctus Nicolaus Tolentinus. In quintadecima, solus s. Vin-*

centius Ferrerius, ommissis aliis miraculis, triginta octo mortuos ad vitam revocavit, s. Antonino id referente (3. par. hist. lit. 23). In sextadecima, quis ignorat s. Franciscum de Paula, et s. Carolam permultis claruisse miraculis, nec non etiam alios complures, praesertim ex Ordine Praedicatorum, et Fratrum minorum? quorum hodie causae de beatificatione, et canonizatione, ne praesente Romae tractantur, permultaque illorum sunt comprobata iuridice miracula, ut beati nostri Iacobi de Picoeno, beati Iuliani Hispani, beati Pasqualis, beati Factoris, beati Bertrami, beati Salvatoris ab Horta, beati Ignatii de Loyola, et beatae Teresiae de Iesu, fratrum Carmellarum Discalceatorum sanctissimae fundatrix, nec non et aliorum quam plurimum, quos longum esse recensere. In eo tamen beata Virgo inter alia ceteros omnes sanctos in patrandis miraculis longo intervallo superat, quod illi omnes certis, et statis temporibus in eisdem miraculis entuere; beata autem Virgo veluti perennis miraculorum fons, per omnes Ecclesiae aetates a Christi Domini adventu usque nunc, ab eis patrandis nunquam cessavit, nec hucusque cessat, ut annales universales, et historiarum particularae passim commemorant, quibus fidem non dare, ut moris est apud nonnullos, qui nisi ea antiquissimi alicuius auctoris sint constabilia testimonio, eis non acquiescunt, temeritatem mihi redolere videtur: nasuti enim censoris est velle in omnibus, quae pro credulitate Christiani credunt, aequalibus testimonio invenire miracula confirmata: illa enim, nec leviter sunt credenda, nec leviter sunt abficienda. Scio quidem d. Paulum (1. The. 2.) quaedam apparentia miracula vocare, mendaciarum prodigia a seductione, et iniquitate nata: scio, Christum Dominum (Matth. 24.) praedecere prodigiosa adeo miracula patrandi in fine temporum: *Ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*: scio tamen ad haec mala praecavenda, sacrum Concilium Tridentinum, ne falsa miracula pro veris in Ecclesia Dei vindicarentur, (sess. 25.) tradere: *Nulla admittenda esse nova miracula, nisi eodem recognoscantur et approbante Episcopo*. Si igitur Concilium Tridentinum ad miracula admittenda non aliud requirit, quam explorationem, et approbationem unius Episcopi, superciliosae sane mentis est ad eorum credulitatem, antiquissimi alicuius auctoris testimonium quaerere, maxime cum novorum miraculorum stultum sit vetustum auctorem quaerere. Quare in hoc genere credulitatis miraculorum media via incedendum semper censeo, ut his verbis sapienter edocuit insignis doctor Canisius (lib. 5. de Deip. cap. 18): *Est media tenenda via, ut Marianis miraculis admittendis et confirmandis, neque nimis faciles, neque rursus plus aequo difficiles, ac morosi esse velimus: etsi enim omnia quae in hoc genere leguntur, eiusdem non sint ponderis, et auctoritatis, tamen, quia charitas non est suspicax, et temere aliena iudicare prohibet Dominus, sopidique cibi ob vitium palati, pro insipidis nonnunquam habentur, et domum paucorum est sacris de rebus solide iudicare, minus in eo quidem erit periculi, si a bonis pro-*

habiliter narrata, et a doctis non reiecta, quae ad piorum beatificationem faciunt, recipiantur, quam si eadem fastidiosae, et contentiosae perfrictioque animo reputantur. Hinc est, quod doctissimus Iustus Lipsius, dum (lib. de mirac.) ad b. Virginis Siciliensis miraculosa facinora narranda calumniam admovent, volens miraculorum utilitatem ostendere, sic exorsus est: *Decet igitur ea scribere, sed iuvat; an non iuvat, ubi tam palam fructus, et tam magnus est? et fructus quidem non unus ille. Primo quod miracula communiter religionem in animis excitant, et Deum credere, Deum colere suadent, et inducunt: quis est tam alienus a pietate, qui rem eorumque a natura, a ratione dissonum videns, non moveatur animo, et intimis precordiis, et veluti ictu quadam admirationis percussus se fateatur? itaque clausos, aut conniventes aperit oculos, ad alta tollit, et lumen aliquod in his agnoscit, cui unus causam delegat: inde ad renerationem componitur, et ad fidem disponitur, atque hic primus, et communis fructus miraculorum: alter, magis distinctus, quod ad veram religionem ducunt, sive potius trahunt, fit enim divina benignitate, et arcana providentia, ut vera miracula nunquam, et nunquam, nisi in vera fide, et a fidelibus patrentur. Accedit ad haec d. Augustinus, qui (de util. cred. cap. 17) ait: *Culmen auctoritatis obtinuisse Ecclesiam, haereticis miraculorum maiestate damnatis*. Et quidem nemo ignorat, vi miraculorum totum pene terrarum orbem ad fidem fuisse pertractum: *Quod si negant, ut sapienter dixit Augustinus (lib. 22. de civ. Dei cap. 8. adversus gentiles), maius ipsi, miracula tollendo, miraculum faciunt: incredibilis enim miraculum est, totum orbem terrae, id est, tot philosophos, tot sapientes viros, tam paucis Apostolis, tam imperitis, tam incredibilia humanae rationi praedicantibus, sine ullis miraculis credidisse, quam illa ipsa miracula, quae per eos facta narrantur*. Certè ita catholici in vera fide firmantur, ut merito clamare possint cum Richardo de s. Victore (lib. 1. de Trin. cap. 2): *Domine, si error est, a te decepti sumus, nam ista in nobis tantis signis, et prodigiis confirmata sunt, et talibus, quae non nisi certe fieri possunt*.*

Verum dicit quispiam, non tanti faciendae esse miracula, nec tam utilia putanda: nam, cum gratia miraculorum sit gratis data, scelerati etiam homines illa gaudere possunt. Unde Saul (1. Reg. 19) postquam ab eo Dominus discesserat, in caueo prophetarum medius, ut ceteri, prophetauit; futura autem verbo praedicere, absque miraculo fieri non potest, iuxta illud: *Dicite nobis, quae ventura sunt, et dicemus, quia dii estis*. Caiphias, iniquus homo, propheticeam veritatem protulit: et Iudas, dum in Christum credebat, miracula fecit: nam et potestatem cum aliis accepit, ut tradidit divus Matthaeus, et cum iisdem gloriatus est, quod sibi daemona subiceretur, ut refert divus Lucas (cap. 10), et tamen fur erat, et loculos habebat, ut divus Ioannes testatur (cap. 12): ac tandem Christus Dominus (Matth. cap. 7) inquit, falsos prophetas in die iudicii dieturos: *Domine, nonne in nomine tuo prophetaverunt, et*

in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Ex quibus verbis facile colligitur, falsos istos prophetas, de quibus loquitur Christus, vera miracula facturos, vere prophetasse, vere daemonia eiecisse. Nec enim respondet Christus, mentiri eos, sed se eos quamvis ista fecerint, non nosse; et sententia postulat, ut Christus significet, vera eos miracula facturos: non enim mirum esset, si illis, qui non vera, sed falsa miracula fecissent, responderet, se non nosse eos; valde autem mirum, ut iis, qui vera fecerunt miracula, crederemus, sed magnum omnino, et admirabile, quod moneat, ne falsis prophetis credamus, vera etiam miracula facientibus.

Ceterum, non solum fideles in peccato mortali existentes, verum et infideles non semel vera miracula effecerunt, ut multis exemplis comprobant d. Hieron. (hom. 25. in Matth.), d. Euth. et Theophylact. (in cap. 7. Matth.), idque satis luculenter constat (ex lib. Numer. cap. 24), ubi legitur, Balaam, qui extra Ecclesiam Dei erat, verum vitium fuisse. Verum dicit quispiam: Si peccator, imo et infideli potest Deus virtutem patrandi miracula conferre, poterat ille tibi facultate abutens, miracula facere in confirmationem alicuius erroris: sicut enim sacerdos confert supernaturalem facultatem consecrandi, libertati eius illam committens, ut bene, vel male ea utatur, et quando male utitur, Deus nihilominus specialiter, aut supernaturaliter auxilio ad faciendum opus miraculosum cum illo concurrat, ita poterit virtutem supernaturaliter faciendi miracula alicui conferre, libertati eius illam committens, ut bene, vel male ea utatur: in neutro enim casa refunditur malitia in Deum; quia sicut potest permittere, ut sacerdos utatur male sua facultate, ita et quod ille alter abutatur virtute sibi data faciendi miracula: nec tunc Deus decipit, sed solum permittit, ut alii putent, se confirmare id, quod in re falsum est. Non desunt, qui huic argumentationi generi succumbant, affirmare non verentes, verum miraculum fieri posse ab aliquo homine in attestationem falsitatis; verum id omnino explodendum esse roga, quia certè ad divinam providentiam pertinet non permittere aliquid falsum suo sub nomine, et auctoritate ita proponi, atque exterius confirmari, ut secundum rectam rationem cogantur homines ad credendum, illud esse dictum a Deo, et assentendum ea certitudine, quae omnem dubitationem expellat: quia, si Deus hoc permitteret, et cooperaretur ad omnia signa et opera, quae huiusmodi confirmantur, quamvis reverentiae non medietur, ut argumenta facta probant, quodammodo tamen abuteretur supremam suam potestatem in praedicandum suae auctoritatis, quia fide dignus existit. Nam si concurrentibus tot signis, et divinis operibus exterius factis in confirmationem veritatis, adhuc posset subesse falsitatem, nulla superesset via ad credendum Deo loquenti pro homines, vel per signa, quod est contra divinam virtutem, et auctoritatem, quam ipsum oportet habere in dicendo. Unde egregie Vigarius (in suis inat. praec. loc.) dixit: *Ex quo sequitur quod ab his,*

qui falsam doctrinam annuntiant, nunquam sunt miracula, quia miracula sunt vera testimonia, et a solo Deo, qui non potest esse testis falsitatis, cum sit veritas per essentiam, ut habetur Ioannis sexto, et in hoc potuerunt cognoscere electi falsitatem prodigiorum, et sanorum Antichristi, et praecursorum, ac complicum eius, et cavere ab eis, qui faciunt contra signa ad confirmationem falsitatis contra veritatem fidei, et ad inducendum ad malum; haec iste.

Nec ex his licet inferre, ad providentiam Dei etiam pertinere, non permittere apparentia miracula, quae virtute daemonis fiunt, cuiusmodi multa facit Antichristus, eo quod illa etiam moraliter videantur sustinere ad decipiendos homines, qui non ita periti sunt, ut vera miracula a falsis discriminare sciant. Nam certe ad Dei providentiam non pertinet, non permittere illa falsa miracula, sed dare auxilium, ac modum, quo possint diiudicari, cum ob suam bonitatem, et sapientiam non permittat, hominem tentari ultra id, quod potest. Nunc iam ad miracula veniamus.

§. II.

Beatus Petrus Damianus S. R. E. meritisimus cardinalis (*lib. 2. epist. epist. 14*) mirabilem rem his verbis commemorat. Spem meam illud roborat, quod mihi vir religiosus, et prudens, ante quintum fere diem Stephanus, Apostolicae Sedis cardinalis presbyter intimavit. Ait enim, quia Bassus quidam, Burgundio genere, Anticensis Episcopus, Ecclesiam beatae Dei Genitricis, semperque Virginis insigni titulo decoratam, quae vocatur in Podio, orationis gratia devotus adit, et peractis omnibus, ac devotione completa, redire coepit ad propria. Cumque venisset ad pagum quandam, in quo cella cuiusdam monasterii, cuius me vocabulum fugit, a religiosis fratribus incolebatur, languore correptus, cecidit, aegrotavit, et obiit: dehinc, cum iam lotum, atque ex more linteis obvolatum in medio iaceret cadaver exanime, ac pia fidelium circa feretrum custodia pernoctaret, intempesto iam fere nocte emenso, ac gallicino propinquante, qui mortuus iacebat, repente prosilivit; et sic omnes undique circumstantes admirationis stupor, et intolerabilis horror invasit. Tunc ille magni clamoris animadversione vociferans, tremens, et horribiliter expavescens, rogare coepit adstantes, ut psalmidiae piisque votis valenter insisterent, quatenus letros nequitiae spiritus, qui per angulos, ac parietes domus undique videbantur, sanctis orationibus effugerent. Cumque fuis ad Deum precibus, more fumi vento perflati daemones evanissent, ille terrore deposito, et securitatis animatus audacia, quod sibi in occulto contingit, publice coram omnibus enarravit. Egreddenti inquit mihi de corpore, duo protinus angeli splendidae claritatis occurrunt, qui me secum ducere in superiora coeperunt: sed ecce, me nigrantes daemonum turmae, velut phalanges Aethiopyum undique circumfundunt; me, tanquam sui iuris homi-

nem acri nimis, et importuna vehementer exactione repositum. Noster, inquit, hic homo est, sub nostris ditionibus vixit, nostris obtemperare legibus non omisit: semper enim illi lex carnis invigilavit, legem vero spiritus funditus ignoravit. At contra beati angeli responderunt, non, inquit, distulerunt, fuisse vestram, dum in propriis viveret, non enim licet resistere veritati; sed quia nunc in obsequio Reginae coelestis Dominae nostrae defunctus est, nequaquam impietati vestrae pro vitae suae realibus subiacebit, qui vitam suam pio fine conclusit. Nec ad aeterni Iudicis poterit perire conspectum, qui Genitricis eius sibi providit auxilium. Ad haec illi: Cum Deus, aiunt, procul dubio iustus sit Iudex, nunquam, quod nostrum est, auferet, nec adversum nos praetradicialiter agat, cum iniustitiam prorsus ignoret. Cumque vim angelis inferre tentaret, angeli vero lenius, atque remissius, iam cognita veritate, resisterent, affuturum tamen sibi continuo pollicentur, et profuturum auxilium, et Dei Genitricis celerem comminatur accursum. Sed, cum hinc isti, modesta circa me tuitione contenderent, illi e diverso ad reposedam sui iuris hominem furiosius, ac trulentius ebullierent, ecce, velut igneam fulgur repentinissime radiantis coruscis splendor illuxit, cunctisque mirabilibus, coelorum Regina, angelicis vallata reverenter obsequiis, Dei Mater adventit. Tunc reprobi spiritus, licet ad primum tantae gloriae terrore adventum, eorumque nimis splendor terrorem verberaret obtutum, tamen illatam sibi conqueruntur iniuriam, et angelicae violentiae protestantur ex propria professione rapinam, dicentes: quia, si Deus est iustus, nunquam de manibus nostris auferet impiam: quibus e diverso beata Virgo respondit: licet hic homo, ut asseritis, vestra per pravitatem operis possessio fuerit, et impie, sive carnaliter, vixerit, nunquam tamen piissimus, et clementissimus filius meus, ac Dominus patietur, eum vestris fieri crudelitibus subditum, quem sub mei famulatus obsequio cernit in peregrinatione defunctum; praesertim, cum isle confessus peccata sua sacerdotibus fuerit, iudiciumque poenitendo, ac ingemisendo perceperit, quamquam subita morte praeventus, implere nequiverit. Ad haec illi, quasi nata occasione victoriae, tripudiantes, et velut insultantes obiciunt. Cum tu sis, inquit, mater veritatis, et aeternae iustitiae, num ignorare potes, quoniam hoc iam immae, tamque creentum facinus perpetravit, quod nulli tamen unquam, per vocem confessionis innotuit? quoddam scilicet grave scelus a me commissum, nomine tenus inclamabant. Quod peccatum cum b. Virgo, licet ab auctoribus mendacii, veraciter recognovisset, modeste paulisper obicit, et quodammodo veritati reverentiam praebuit. At reparato rursus eloquio: Verum quidem, inquit, est, quod obicitis, sed quoniam apud misericordem Dominum meum, ac filium misericordiam superexaltat ex more iudicium, cumque non iam delectet poena peccantium, quam remissio peccatorum, me confestim intuens, ait: ad corpus, homo, praesto regredere, sce-

lus hoc, quod ab iniquis tibi iure obiectum est, sacerdoti coram vicinae huius cellulae monachi confitere, eosque ex meae auctoritatis iussione deponere, ut poenitentiae modum, qui tibi iniunctus fuerit, ipsi suscipiant, et implere pro tua mox obumbris absolute contendant. Quo peracto, ad me protinus sine dilatione revertere, hic enim ego non desino te, donec redeas exspectare. Cumque per ordinem haec ille narrasset, poenitentiam sibi inditam sancti fratres, cum pro charitate illius, tum pro Deificae Virginis obedientia suscepissent, mox laetus et hilaris, velut obdormiens, obiit; et sic vera esse, quae vivens dixerat, moriens approbavit.

§. III.

Idem b. Damianus (*eodem in loco*) haec aeterna memoria digna refert in haec verba: Quod fratris mei Damiani, tunc archipresbyteri, deinde monachi relatione didici, nisi me fallat obliviosa memoria, fideliter narro: alter enim frater meus, Marinius nomine, laicus quidem habitu, sed timoratus spiritu, ingravescente pulmonis, ac pectoris valetudine, tandem ad extrema pervenit. Interea cuiusdam diei iam illucescente diebus, repente coepit quasi enilibe adventanti gratulobundus aggliscere, iucundanter hilarescere, et festiva serenitate vultus alacriter assurgere; mox et in verba prorumpens, cum magno animadversionis impulsu, circumstantes alloquitur: levate, inquit, levate, ac Dominae meae reverenter assurgite; deinde aliorum mutatae vocis alloquium dirigenis, aiebat; et quod est, Domina mea, Regina caeli, et terrae, pauperulum servum tuum, benedic me Domina mea, et ne patiaris, in tenebras ire, cui lucem tantae praesentiae contulisti. Cum igitur huiusmodi sermones implesset, ecce Damianus, qui scilicet illi, sicut et mihi erat germanitate coniunctus, persolutis Deo nocturnis officiis, ab Ecclesia redit, quid circa fratrem languidum ageretur, inquit. Ille vero certum se quidem de vicina nocte testatur, sed mox adversus assidentem probrosa redargutione conqueritur. Heu, heu, frater, inquit, quam ignarus, quam imperitos, atque irreverentes habemus, et sine disciplina domesticos: et tu vir strenue Bronizo, erat enim ille inter eos, dives quidam huius vocabuli, ille negotiator, quomodo sedere potuisti ad Reginae coelestis adventum? venit Regina mundi, et vos assurgere neglexistis? venit Mater Imperatoris aeterni, et vos eius praesentiam ignobilem deputastis? ad quod Bronizo, Heliras, inquit adhuc, et aegritudine dementatus, haec vana profundis, aut verum est forte, quod loqueris? Nobis certe vana haec videntur, et frivola; ad hoc ille: num ignoratis, ait, quia languor iste, quem palior, nunquam alienare mentes aegrotantium consuevit? firmiter igitur et absque ulla prorsus ambiguitate cognoscite, quoniam angelicis comitata vestigiis, beata Redemptoris nostri me Mater invisit, hilaritatem mihi sereni vultus

ostendit, henedixit me, et protinus abiit. Cumque paulo post ille defunctus esset, senex quidam presbyter, Severus nomine, qui nimirum spiritualis eius pater extiterat, retulit, quoniam longe ante, dum vegetus adhuc, et sanitate floreret incolumis, depositis nudatus exuviis collo, qua eingebarur, qua exiit, altari se beatae Dei Genitricis, velut servile mancipium tradidit: mox se quasi servum malum coram Domina sua fecit verberibus affici, dicens: Domina mea gloriosa, virginalis munditiae speculum, et omnium norma virtutum, quam ego te miser, et infelix offendi per obscenam carnis meae putredinem, et eam, cuius tu mater, et auctor es, violavi mei corporis castitatem, nunc itaque, quod solum remedium superest, me tibi famulum trado, tuae ditionis imperio substrati cordis colla submitto. Flecte rebellem, suscipe contumacem, ne tua pietas respnat delinquentem, cuius innumerata virginitas peperit verae pietatis auctorem. Per istud ergo munusculum servitatis meae tibi nunc offero censum, et amodo, ac deinceps, quoad vixero, certi canonis appendam annuale tributum. Quandam ergo pecuniae summam in altaris crepidine posuit, et sic de misericordia, quam quaesierat, confisus abscessit. Non igitur fortassis hanc, sed huiusmodi frater meus de fratre narravit historiam, cuius, etsi prae oblivione verba non teneo, saltem, in quantum mihi possibile est, a relictis quadam similitudine non recedo. Confessionis igitur iste versuculus ad relata, et vel referenda mihi cuncta proficua, meque in quibus ignoranter obero, coram supernis obtulibus excusatum reddat.

§. IV.

Idem b. Petrus Damianus (*lib. 3. epist. epist. 10*) hoc etiam scitu dignissimum scribit: Religiosus plane presbyter Ioannes rem mihi reulit ante paucos annos Romae contigisse, quam narro: in assumptione, scilicet, beatae Dei Genitricis Mariae, cum nocturno tempore Romanus populus iuxta morem orationibus, et litanis insisteret, et accessis luminibus diversarum regionum ecclesias perlustraret, velut quaedam in basilica, quae est ad huiusmodi eiusdem beatae Virginis in capitulo constituta, commatrem suam vidit, quae scilicet ab anno fere fuerat iam defuncta. Cumque per multitudine confluentium ad eius attingere non potuisset alloquium, studuit eam in tali cuiusdam angipottus articulo praestolari, ut dubium non esset, quod egressa basilicam, ab ea declinare non posset. Hanc itaque transeuntem protinus inquisivit, non, inquit, tu comater mea es? Marozia videlicet, quae dudum defuncta est? hoc illi vocabulante fuerat, dum adhuc viveret; qua respondente, ipsa sum, et quomodo, inquit, tibi nunc est? Ait usque hodie, non levis me poena constrinxit, quia videlicet per lasciviam petulantis illecebras cum coelaneis me puellis in tenera adhuc aetate foedavi, et hoc ipsum, proh dolor, et oblivioni

quodammodo tradens, sacerdoti quidem confessa fui, sed iudicium non accepi. Verum hodie Regina mundi pro nobis preces effudit, meque cum multis aliis de locis poenitentibus liberavit, tantaque multitudo per interventionem eius hodie est de tormentis erepta, ut numerus totius Romanae plebis excedat. Unde sacra eidem Dominae nostrae gloriosae dicata passim loca visitamus, actionesque sibi gratiarum pro tantis misericordiae beneficiis alacres exhibemus. Cumque super hoc commater illius ambigeret, nec fidem facile sermonibus adhiberet, subinanxit, ut experiaris, inquit, pro certo verum esse, quod loquor, scias te transactio hoc anno in hac eadem festivitate proculdubio morituram. Quod si, quod fieri non potest, ulterius viveris, me protulisse mendacium liquido comprobabis. Et his dictis, ab oculis eius evanuit. Mox illa cilicium induit, et de obitu suo sollicita quae audierat, vivere cautius coepit. Quid plura? peracto fere anno, pridianis coepit aegrotare vigilis, in ipso vero festivitatis die, vitam, sicut demonstratum fuerat, terminavit. Ubi notandum, et non leviter expavescentium, quia de peracta culpa, quam praefata mulier oblivioni tradiderat, usque ad interventum intemeratae Dei Genitricis supplicia perferebat.

§. V.

Idem beatus Damianus (eodem lib. 3. cap. 10) memorandum quendam Virginis favorem his verbis attulit: Praeclera idem, qui supra mihi narravit Episcopus, quia monachus quidam quotidie, dum ante sanctum altare beatae Mariae semper Virginis pertransiret, illam ex more percurrere antiphonam, quae sic incipit: Gaude Dei Genitrix Virgo immaculata, gaude, quae gaudium ab angelo suscepisti, gaude, quae genitrici aeterni luminis claritatem: gaude mater, gaude sancta Dei Genitrix Virgo, tu sola mater inuicta, te laudat omnis factura; genitrix lucis intercede pro nobis. Quam videlicet antiphonam, dum quadam die pertransiens diceret, audit vocem ex eodem altari procedentem: Gaudium mihi annuasti, gaudium tibi eveniet.

§. VI.

Idem beatus Petrus Damianus (lib. 6. epist. epist. 29) haec quoque refert: Cum in psalmodiae studiis, ac divinis laudibus te vigilantiter exerceres, hortor, venerande frater, et mox, ut quodiamnum quoque beatae Mariae semper Virginis officium non omittas: dignum quippe est, ut quae laudum praecordia meretur ab angelis, obsequiis etiam frequentetur humanis, eique post Deum totius orbis exhibeat laudem, per quam suscepit propriae salutis auctorem. Optima sane spes est, apud eam habere confugium, quae scilicet inter omnes celestis Curiae Senatores impetrandi apud Deum

primum obtinet locum. Nempe sororis meae filius Damianus, religiose videlicet indolis adolescens, dum haec coram eo scribentem, retulit, quod apud Gallias in litterarum studiis constitutus, fama vulgante cognovit. Clericus quidam Nevernensis ecclesiae morbo depressus elongavit, iam iamque superexcrecente molesta, moribundus ad extrema pervenit. Hic plane regulam sibi sanctae servitatis induerat, ut beatae Dei Genitricis quotidianam per singulas horas laudum vota persolveret; cumque de vita illius iam nemo pene confideret, et velut egressurus in eius pectore spiritus anxie palpitaret: ecce gloriosa Mater Dei sibi visibiliter adstiterit, et sacri uberis popilla lac exprimens, eius labiis instillavit, et divinae virtutis antidoto, protinus ille resumptis viribus, ex infirmitate convaluit, et mox clericalibus ornamentis indatus, ecclesiam adit, seseque choro psallentium fratrum laetus interseret, mirum videntibus spectantulum praebuit. Dicitur etiam, quod adhuc in labiis eius quaedam lactis videbantur vestigia. Quae autem sibi verba beata Virgo protulerit, quamvis mihi, utcumque dicantur, quia certus non sum, non adhibeo fidem, quoniam in veritalis lineam, vel leviter impingere pertimesco; quamvis per hoc conici possit, quoniam eisdem labiis, quibus cum ille laudavit, et coluit, gloriosa Virgo lac salutis immulsit, ut per illud corporis membrum, quo sibi venerabilis clericus laudis obtulerat gloriam, congrua vicissitudine recuperandae salutis suae perciperet medicinam.

§. VII.

Gregorius presbyter, in vita Theodori anno Christi servatoris, et vindicis 1528, in Suesionensi quodam pago multi igne correpti, ad Virginis templum, Suesione remedium quaesituri venerunt: votis eorum, et precibus coeli Regina respondit, intra dies quindecim sanatis maribus centum et tribus, puellisque ternis dumtaxat liberatis, vel, quia non plures ignis attingerat, vel quod solis illis esset expediens. Quin et ipsa Virginum Virgo venit in templum coelesti agmine constipata, templi ipso fragore adventum testificante: fama est nonnullis pridie illius diei, in quo morbum horribilem depulerunt, coelitus lucem oculis offusam, quae per templi specularia, faciem lumine, mentem gaudio complevit. Sed illud inibi valde mirabile. Puer annorum undecim, pectoris custos, a matre in illud templum adductus, cum valetudine obtenta, citius, quam oportet, reductus esset in patriam, beneficentiae memor, gratis agendis, donoque attentius recolendo, redire vellet ad templum, neque id ab ingrata matre pervinceret. O recidam, inquit, et me iterum ignis infestet, ut redire necesse sit, morboque urgente, sacra aedes revisatur, unde tam immature discessi: exauditis precibus, renatove morbo, relatus est puer, ut autem limen attingit aedis sacrosanctae, somno concopitur; sed sacrae strepitu pompae, quae tum agebatur, excitatus solvuntur ora clamoribus,

in quo gratiarum actionem effusus est totus. Narravit ante Dei adfuisse conspectum, Deiparamque vidisse pro misero populo supplicantem. Deumque suae Genitricis, ut ignis ille sanaretur, concessisse, mox Virginis de Suesionensi sua domo querelas consulentem audisse filium, quae praeter ceteras afflicta, deformataque tum Transmarino, tum Transhenano promisso subsidio, Suesionensesque poenas daturus templi Virginei, non in tempore restituit. Itaque ignis negligentes multos exussit, pastor hic puer haud falsa praedictione paulo post se esse moriturum affirmavit: non enim mensem supervixit. Historiam idem hic pastor, inde a mundi exordio versibus bene currentibus ex tempore decantabat. Evangelia memoriter, tanquam ex libro recitabat. Iosephum, Virginis sponsum, praecipuis laudibus exornabat. In dicendo clauderebat oculos, quasi lucem pertaesus mundanum. Mortuus, candoris insoliti voluptate, intuentium oculos obtulit. Antonius affirmat, praegnantis cuiusdam, periclitantisque mulieris non ante faciem partum fuisse, quam visendae s. Mariae Suesionis se volo constrinxit, eisi quaedam mirabilia partum precesserant: nam, priusquam esset enixa puerum, ternos ex utero lapides fudit, primum magnitudine ovini anserini, albuginis gallinaei, tertium, quanta nux est. Secutus illico partus infantis, qui baptismi aqua tinctus, brevi ad superos evolavit.

§. VIII.

Gregorius Turonen. (lib. de gloria Martyrum cap. 8): Hebraeus, puer, simplex, et parvulus, cum pueris christianis in litterarum ludum ventilabat, condiscipulorum sequax in omnibus. Igitur die una, divini altaris sacrificio peracto, cui ipse, sociorum secutus exemplum, religiosus, et attentus interfuit, ad sacrosancti corporis communionem christianos pueros vidisset accedere, ipse quoque divinae illius mensae convivio vitali se cibo refecit, imitationis studio fallente, quae sumere suadebat, quod nondum christianis non licet accipere. Domum reversus, quid egisset, patri gaudens exponit. Ille Christo Domino, atque eius institutis inimicus, si alienos, excipit, puerulos imitatus, Christi annorum sacra sumpsisti, neque quo parente natus esses, animadvertere voluisti, ego Mosaicae legis ultor, in te patricida iustus existam. Nec mora, simplicem filium, infantemque in fornacem coniecit ardentem, quae domesticae officinae peropportuna serviebat; vitrum enim Hebraeus hic homo confabulabat, atque illo se conformandorum fragilium vasorum artificie sustentabat. Mater periclitantem puerum liberare conata est; sed flammis, ardentique incendio prohibita, caput prae dolore denudat, comam scindit, domum egressa civitatem clamoribus lamentisque complexit: cives exciti vocibus, quae sit flendi causa, sciscitantur: cognita, ad Iudaei aedes, quasi dato signo, concurrunt, vel potius convolant, remotoque ab ore fornacis igne puerum salvum,

et a flammis intactum invenerunt, neque aliter affectum, atque si mollissima pluma faucibus. Exortus est populi clamor, exultantis lesam Christum, et laudantis, nefariumque Iudaeum ad poenas meritissimas resposcentis, quem in flammis iniectum ita ignis absorpsit, ut vix quicquam ex impiis ossibus remaneret. Interrogatus a christianis puer, quo, vel umbraculo, vel vento saevientis flammæ vim, et impetum arcuisset, illam matronam sibi adfuisse respondit, quae in templo, ubi panem sacramentum ipse gustarat, puerum pulchellum in sinu fovens, visebatur, illa sua me palla contexit, a flammisque defendit. Haec eandem historiam Glycas apponit, et Menam patriarcham adfuisse adiungit, remque Iustinum Imperatorem ex Menae narratione didicisse. Dissimile quiddam est, aliqua tamen ex parte consuetum, quod Augustae factum esse Bencius scribit, cuius ipsa haec est oratio quae sequitur: Quidam privilegio paschatis ratur, ab haereticorum caena in nostrum templum venit, otiose exploraturus, eequid ageret, cum spectaret tacitus quae confitentium pietas, qui sensus animorum unum, atque idem agentium, quam spirarent omnia religionem, qui captulum venerat, captus est: neque inde discessit, antequam emereret virus iniquitatis suae. Puer cum videret condiscipulos aliquot suos ad sacramentum accedere, similiter ratus licere omnibus, etiam ipse accessit, et panem hausit angelorum: quod, ut eius pater, qui erat catholicus, rescivit, simplicitatem pueri causatus, illum clam matre haereticam, ut confiteretur, adduxit. Narrabat pro puer, ut magnam illud argumentum accepit divinae charitatis, non aliter, atque intrasset flamma, os sibi visum esse aduri.

§. IX.

Frater Abraham Bzovius (in monili gemmo divae Deiparae sacro) haec scribit: Lublini, quae civitas est totius regni Poloniae tribunali insignis, Martinus civis erat arte lanus. Huic duo filii, bimus alter, quadrimus alter: aberrat ipse, et uxor eius domo: cum maior natus, prout viderat patrem pecora maciantem, cultro arrepto ingulavit fratrem in euna iacentem; metuens virgas, coniecit se in fornacem, et retro ligna in struem composita se occultulit. Mater domum reversa cogitans de pueris nihil ignem lignis suppositis, illa flammam concipientia puerum intus latentem suffocantem, antequam infelix animadvertisset. Extraxit tandem iam suffocatum, et ad eunam conversa vidit alterum ingulatum: sanguini innare, quid faceret? Dedit se in lamenta super duo cadavera, donec maritus adveniret, qui ratus illam scelus perpetrasse, tandem verberibus afflixit, donec occideret. Tristi postmodum speculaculo, et metu vindictae, et supplicii percussus, equum carro inuixit, et cadaveribus iniectis, voloque concepto in viam se dedit ad diavam Virginem Deiparentem apud Clarum montem Poloniae: abest Lublino, plus minus cen-

tum quinquaginta milliaribus, propter imaginem illius, ut fama est, a divo Luca depictam, summa veneratione cultam. Dum est ante basilicam illius, potentia corpora, quae ex carro deponit, post orationes fusas, redanimata asperit, et recepti ab intercessione illius, quae vitam omnium viventium parturivit, Factum anno salutari millesimo quingentesimo quateragesimo.

§. X.

Ioannes patriarcha Hierosolymitanus (in vita sancti Ioann. Damasc.) haec, quae sequuntur, commemorat. Ioannis illius, qui a sua civitate Damasco, Damascenus est appellatus, quanta fuerit sanctitas, quae sapientia, quam singularis conditio, neminem profecto fugit, cuius etiam illud est valde proprium, ut in veneranda, oranda, et a calumniis defendenda praepotens Dei matre Maria, saepe multumque versetur; de eius felicissima infelicitate haec est in ore omnium historia. Leo Isauricus Byzantinus Imperator, eorum omnium, qui sacras imagines deinceps insectati sunt, atque insignanus, et tartareus lucifer, angelos perdens, atque praecipitans ad suam perditionem, et tantandam, et propagandam, synodi, si superis placet, adulterinae, ac falsae se, suosque asseclas auctoritate, vel, ut melius dicam vanitate, ac furo ineptissimo tegere, ac dissimulare constituit, ingentesque turbas secta pestilens excitavit, et Ecclesia, ac verae religionis causa damnum leve non fecit sacris imaginibus flamma, et ferroque deletis. Ragientis Leonis hos impetus, et furores noster Damascenus magna ex parte compressit, sceleratissime Imperatoris conatus praee teris illius aetatis, memoriaeque hominibus, ceteris illius consilia fregit, et machinationes impedit: nam Damasci in patria tres libros pro sacris imaginibus, pietatisque conscripsit, et cum magno catholicae causae bono pervulgavit, quo opere Leonemachorum animos vehementer irritavit, quippe cum dolerent, Damasceni potentissimum opera suas fraudes eludi, consilia patefieri, conatus ad nihilum recidere, et las denique reteri, quos factorum insidiosa manus compegerat. Itaque, qui insanissimi erroris magistri erant, immanissimi etiam, et terrificum facinoros magistri esse voluerunt. Siquidem innocenter Ioannem apud Sarracenum in Arabia principem tentatae proditiōnis accusaverunt, et mendacissimis criminatōnibus suspiciosi reguli aures oppleverunt. Ad rumpenda cum externis regibus, cumque ipso Constantinoopolitano Imperatore inita foedera, Ioannis manu exaratas, consignatasque literas esse, epistolam subiectores ita adulteraverant, ut Damasceni manus esse videretur, illum hostem patriae, et publicae pacis inimicum, qui literis Leonis animum sollicitasset, Damascum invitasset, venientem portas se pandere paratum professus esse. Sarraceni iram angebat Leonis Imperatoris altera epistola, se Fabricium simulantis, quem perhibent, medico non as-

sensisse, qui Pyrrhum Epirotarum regem, quocum erat Romanis bellum, veneno se esse necaturum promittebat. Negat Isauricus, cum se esse, qui quos semel in amicitiam recepisset, eorum insidioso gauderet interitū, proinde careret insidiis eius quem domi haberet, et praefectura honestaret, cuius nomen ex epistola condiscere liceret, quam epistolam a perfidioso proditore missam, imperator fide sancta remitteret, non quidem auctori, sed ei, in cuius exitium facta videbatur. Damasci regulus, binis illis litteris acceptis, et lectis, et quae Ioanni falso imponebantur, et quos Leo pestilens fraudulenter immiserat, ira exardescens, Ioannem accersit, utramque monstrat epistolam, se defendere paratam, et quae innocentiam probare capientem, neque enim subiecti chirographi, et artificiosae expressae alienae manus doli latererunt, furore praeventus, anticipat, et immortalem Damascenum publico iudicio condemnat: dexteramque illam abscedi iubet, quae epistolam, ut ille falso credebatur, in patriae perniciem ad externos principes, et eos pacificos, exarasset. Sed quae barbarus ille machinantibus haereticis in Ioannem Damascenum temere, iniusteque constituit, ad orthodoxae fidei custodiam, et victoriam nobilissimam, et ad veritatis claritatem, lucemque multo splendidiorem, et ad ipsius Ioannis gloriam, et triumphum valuerunt. Principio, cum praecisa manus barbari sententia in medio foro suspensa teneretur, eam sibi Damascenus, licet a cetero corpore abruptam, dari rogat, solatii fore genus, si domi habeat, videat, contempleturque quotidie: haud gravate tyrannus, cuius ut intermitteret iracundia paulatim, ita inconsiderantis praecipitantis iudicii, et supplicii conscientia magis, ac magis repugnabat. Damascenus in suum secretarium ingressus, ante Virginis, et Matris imaginem provolutus, lacrymisque perflatus, et suam, et totius Ecclesiae calamitatem deplorabat. Mater clementissima, quae Deum immortalē peperit, inquit, truncata manus est dextera, quae pro sanctis imaginibus pugnavit, cuius rei causa immanis Leo saeviebat, ignotum tibi non est, tu subveni, et esto propitia. Illa Altissimi dextera, quae de te carnis accepit, quaeque tam multa, et tam praecelata perpetravit, hanc meam manum, te deprecante, restituit, avulsamque cetero corpori, ut erat ante, contingat, atque conglutinet, ut et tuas, et eius in primis, quem salvo pudore genuisti, laudes miraculaque praescribat. Versus, te aspice, faciat, de rebus divinis disputationes illeris mandet, atque orthodoxi callus, et religionis administrationis sit. Post piās preces, et amicas querimonias, aetatis Ioannem complexus est sompnus: viditque in quiete sanctam illam Deiparae imaginem, in quam suspiciens tam multa deleverat, clementibus, ardentibusque oculis se intuentem, atque ita dicentem: Ecce sana manus est tua, iam fuge pigritiam, siquae ex hoc tempore ista dextera calamus scribae velociter scribentis id quod mihi paulo ante promissisti. Evigilat Damascenus, manum, somni memor, aspectat, cum se ornato curatum videt, vehementer exultat. Ergo bene merenti

Deo, atque eius sanctissimae matri, quam gratissimum se verbis, factisque quoad vixit, exhibuit, manum repositam Sarracenis, Ethnicisque Damasci Ioannes ostendit, quo Dei praepotentis virtus, atque divinitas eluceret, suamque ipse innocentiam, quod religionis christianae maxime intererat, testaretur. Admirandae sanitatis, et naturae vires longe superantis, fidei angebat rotunda quaedam lineola magnae pulchritudinis, quam manus Damasceno restitula redditaque servabat, antiquae sectionis argumentum, quae armillae instar, eam partem qua manus brachio devincitur, mirabiliter exornabat, quin et barbarus ipse veniam petit immaturū, praecipitantisque iudicii, ac se errasse confessus, Damascenum semper est veritus. Hac quasi comediae peracta sanctus Ioannes, posthabitis mundi rebus, monachus factus, in senem Austrinum incidit, a quo vehementer exercitatus, sportas publicae vendere, proque eis immane pretium exigere videbatur, quin et cloacas, eodem imperante, convertit, et sine nausea perpuravit. De sacerdote, cui ad Virginis gloriam sabbato sacrificanti lingua reddita est, quam haeretici avulerant, loquitur libr. 2. de Leone Papa sanctissimo. Simile quiddam a nonnullis scribitur, manum osculo mulieris, quasi veneno tactam, priusquam libidiosa contagio pervadat ad animum, sibi praecidisse, pro restitutione Deiparam exorasse, eaque a Virgine reddita, Pontificis duplicatam esse laetitiam. Sed has nugae, aridasque fabulas censet esse Baronius: quod enim, inquit ille, Ioanni Damasceno contigit, cum ab Ieonoclasta Leone mutilatus est dextera, et sanatus Virgine, inversa historiae veritate, Leo Papa praecisus manu iactatur, et a Deipara restitutus asseritur. Sed facessant commenta isthaec, quorum imago picta iussu Clementis Papae octavi, consultis viris doctis abrasa est, quod nulla penitus reperta sit veritate subnixā, vel saltem verisimilitudine colorata, sed levissime in vulgus sparsa.

§. XI.

Narrat Ioannes Brugnianus Franciscanus in vita Lyduviae virginis multaque alia apponuntur, quia de laudibus s. Mariae Virg. quod morbis gravissimis Lyduvina confecta, invisibatur a familiari angelo, qui pulchritudine, aspectuque Lyduviam ita recreabat, ut cruciatum dolor incredibilis omnino levaretur. Ab hoc ipso angelo, et ad beatissimae Dei Matris imaginem deducebatur, et ea salutata, ad locum amonissimum, ubi florum mirae suavitates, ac coeli tanta temperies, ut neque ab aestu, neque ab algore sibi Lyduvina metueret, perducit solebat. Hoc ipso tempore mulier quaedam fragili naturae cedens, flagitium immane commiserat: quod etsi iam erat confessus, tamen daemonis astutia nequissimi ad desperationem trahebatur: nam chartam obrudebat, in qua scelus erat inscriptum, mulieremque imperiose, furiosaque perterritans, sui esse iuris aiebat, peccatum neque viventi, ne CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

que mortuae remissum iri: sancti Spiritus numina esse violatum, quem qui offendunt, indigni sint venae. Mulier talia daemones suggerenti prope succumbit, captaque argutis perplexa pendet, ambigit, haesitat, confluctatur: sed Dei instinctu, ductoque coelesti ad Lyduviam adit, quam sit sibi daemones infestus, quaeritatur, remedium animi quaerit accipit. Lyduvina figmentum daemones esset respondit, mulieris causam habet pro sua, apud Deum lacrymis agit, et precibus, media in supplicatione rapitur: Matrem Christi videt choro cinctam virginali, citatus adest satanas, et imperio coactus, ad Dei tribunal assistit, schedam manu tenet, orat Lyduvina coeli Reginam pro tristi muliercula, illa profinus a diaboli manu extortam schedulam dirumpit, atque discerpit, chirographi frustra Lyduvinae servanda tradit, deriso, expulsoque accessit stationem, Lyduvina sum confessarium accessit haud ignarum gravissimū illius periculi, quod mulieri cogitanda creabatur. Schedae fragmenta, minutissimae demonstrat, totamque ex ordine aperit, et explanat visionem. Illo ipso tempore, ecce ibi mulier intervenit, cuius agebatur causa, querimoniae repentem, et misere lamentantem, Lyduvina consolatur, finem malorum venisse, damnum se velle praestare, nihil esse laborandum de flagitio veteri, quod expiari bona et vera confessio, sibi rem totam esse patefactam, de coelo quem stratam, chartulae nullum esse terrorem, quam in minuta concisa mulier demonstravit. Recreatur ex angore diurno mulier, confirmataque daemones praestigias parvipendit. Cetera subliciam, quae Brugnianus affirmat, ab historia Virginis Deiparae non abhorrentia, quamvis huic aliena sint capiti. Fuerat in egenis Lyduvina miserior, quocirca illo est dignata viso, quod nos dicam, et candorem e coelo fulgentem, qui multos mortales, solique huius terreni incolae illustrabat. Vidit insuper in hoc mentis recessu beatorum quasi exercitum, medianque Deiparam, exornatque mensas serico, et eleemosynas, quas per id tempus dederat Lyduvina famelicis, velut a supernis alatalas quam aptissime collocari. Potiones quoque, quas in agnibus vasculis pro sua facultate pauperibus ipsa porrexerat, partim crystallinis, partim aureis patris reverenter apponi, edente clarissimum virorum coetum illis in mensis ornatis, instructisque discumbere, sonitumque audiri, quasi iuvene, hilariterque prandentium, seque illis alacriter ministrare: inde memor visionis, beneficium erga inopes cumulavit. Ad altare Virginis aliquando arrepta per visum, illine per loca poenarum orbita cursum ad contuendos coelestias, angelo ducente, pervenit. Ibi Deum colaudantium, et coram eo prandentium infinitus visus est numerus, tantaque oculis voluptatum, et oblectamentorum obiecta copia, ut a raptu, ne nimiam quidem partem narrare se posse fateatur: ex illo autem sanctorum coetu quosdam ita esse locutos: Lyduvina, pater constanter, et fortiter, quae praeterera ferenda, tolerandaque restant, nos enim per aquam ignemque transi-

vimus, nunc tamen ut cernis in requiete vivimus. Anglorum deinde Dominum, eiusque excellentissimam Genitricem conspiciat. Ubi propius accesserit, colloctam illa esse Deiparam: Cur in hunc locum inculta, et inordinata venisti? atque Lydaviam: scis ipsa, scis Dei Mater intacta, ab angelo huc me esse perductam. Tum Domini mundi, visne hoc, quod manibus fero, tuo capiti velamen imponi? illa respicit ad ducem dubia responsi, sed Deiparae iterum, ac tertio idem percontanti, timida, et pudens, voluntatis suae illud esse negat, quae tota penderet ex auctoritate Deiparae: tandem angelo, ut acciperet, annuente, capitis ornamentum illud sibi dari, timide tamen et verecunde, petiit. Sed viso ex oculis illo dispulso, cum sui iuris Lydavina iam esset, ecce rursus Deiparam videt multis virginibus comitatum, et capitis redimiculum manu tenentem, atque ita dicentem: saepe de te, Lydavina quaesivi, vellesne hoc habere velamen, neque tamen tuam mihi voluntatem explicasti, in illud aptamus capiti tuo; sed quando allatum de coelo est, septem non amplius horis erit in terris: dabis confessorio tuo, non ut habeat, sed ut imaginis meae caput exornet. Post Deiparae abscissum, et actionem gratiarum, velum de capite Lydavina deponit, et inque formam, materiamque considerat. Erat crispum colore caeruleo, neque omnino album, neque plane viride, actum tamen ex utroque, operis videbatur esse textilis, sed quod mortalis nemo pervideat, quale sit, quamquam arte confectum; cumque confessionis presbytero, ut beatissimae Matris aptaret imaginem, ex Deiparae mandato, vehementer instaret, illeque et aperienti, et reserandi templi tempus esse inficietur, et difficilem causaretur ascensum, erat locus imaginis valde sublimis, omnia fore pervia Lydavina pollicetur. Itaque in tempore templi custos occurrit, portas aperuit, scalaeque repertae, quibus admittis, velum virginali figurae inditum est, sed ab angelo confestim ablatum. Magna quidem huic virgini Lydavinae cum clementissima Deiparae Maria quasi familiaritas intercessit: nam quotiescunque Christi vitae mysteria, quae Scriptura commemorat, meditatio recoleret, non ea tam mente agitata, quam oculis cernebat. Cumque Deipara filium lactante, et parvulum lacte nutritive, lacte ipsam, quod mireris, alebat, cum gessante gestabat, cum exulante in exteris oris, exul quoque Lydavina terras Aegyptias peragrabat, cum amissum puerum quaerente quaerabat, cum Maria ad crucem stante, et permanente perstabat, cum sepeliente sepeliebatur: et humano Dei unigenae filio una ex praeficiis parentabat. Quas ex animo plorare videbat, illius admodum dissimiles, quae ad funera conducuntur inferis. Christi nascentis rem omnem Lydavinae cogitanti, atque altissima contemplatione ruminanti, ubera, ne quid ad Deiparae perfectam imitationem desset, ubera inquam virginali, et miraculoso sunt lacte distenta, quae enim vivebat, ut pauci, digna fuit, quamobrem illud assequeretur, quod solent evenire perpaucis.

§. XII.

Laurentius Surius (*de vita Sanctorum mensis Aprilis*) haec enarrat: Dohuit aliquando Hermannus ex sibi a suo Abbate imperari, quae contemplationis dulcedinem impediret: vidensque misericordiae Mater hunc filium; quem adplorat, ob negotiosa illa demandata munera tristionem, sic illum affata est: Scito canonice, nihil tibi tam esse necessarium, quam ut fratribus ex charitate deservias, et rectoris quatecumque capessas imperium: quo monito, et querimoniam missam fecit Hermannus, et officii necessitatem, quam desierat, intellexit, ergo Marthae mania libenter exercuit: ac Dei, propter Deum, quasi aspectu privari facile tulit. Cum autem ad ea munera revolutus esset, quae Mariam Magdalenam habere sociam possent, sibi esse redditus, ac restitutus videbatur. Tum praeter consuetas preces, quibus Dei matrem et orabat, et honorabat, novas quasdam excogitavit, quibus et implorare Virginem, et laudare non destitit. Salutem ab angelo saepe numero repelebat, genuflexus semper in fine, ad Mariae nomen, sese humi proolvebat; causam rogatus, ita respondit: Quotiescunque Mariam nominari audio, memet, ut cernitis, ad terram abicio, non sine fructu, quando omnium florum, et aromatum suavitas in nares influit; et quia aegre hae voluptate careo, careo autem, si me a terra effero, in surgendo sum tardior. Virgo huic Dei Mater intacta sese quam frequentissime demonstrabat: erat enim rara Hermannus castitas, et virginis singularis. Non semel ad orandum intentus, Deiparae vocem audivit, eaque magistra, quae nesciebat, multa perdidit. In quodam sanctimonialium ecclesiam venturum, Dei mater anteverit, sororesque admonuit, uti sumum sacerdotem capellanum, vulgo dicimus comiter, benigneque reciperent: post sanguinis e vena missionem admonuit esse a Virgine; quemadmodum dormiret, et venae fluentis periculum devitaret. Non est silenda plena admirationis historia, quam qui scripsit, de eodem Hermannus se audivisse narravit, et ex illius ore admiratus, posteritati mandare decrevit, ne rem tantam oblivio sepeliret. Nocte intempesta, cum ad solitas preces Hermannus vigilaret, in medio choro, inexplicabili patetidine Virginem vidit, regali amictu decoratam: aderant duo formosi iuvenes. Superis novitate visionis, unum dicentem audivit: equis huiusce Virginis erit sponsus? cui ab altero responsum est: non alius, nisi isle, qui adest, veni ergo. Venit timidus, et verecundus ad reginae praesentiam; tum sic est locutus unus ex angelis, angelos fuisse cognovit. Hanc tibi illusterrimam puellam desponderi necesse est: ille, et tali sponsa, et illo sponsi nomine se fatetur indignum, et clamore, quam sit humilis, abiectusque pronunciat. Reluctantis, ac refrigentis angelus acceptam manum cum virginis manu coniungit, et his verbis sponsalia contrahit. Hanc virginem tibi sponsam tradimus, ut fuit quondam Iosephi, cuius nomen cum sponsa ipsa te oportet assumere. Quod

quidem nomen alia quaedam visio confirmavit. Nictabundus post longas preces recumbit in lectulo, iamque obdormiscens, sibi visus est ad eundem precatonis locum redisse: ibi aram erectam, exultantemque suscipiens, beatissimam Virginem vidit, quae pulcherrimum gestabat infantem. A Deipara familiariter vocatus accessit, et infantem paerum sibi dari poposcit: illa aliquamdiu distulit, ut desiderium augeretur, denique dedit: porta inquis filium meum, ut olim Iosephus in illa ad Aegyptum fuga portavit, quo fiet, ut ferendi omnis eiusdem nominis honorem mereamur. Monitus insuper est a Deipara, ne aegre ferret, se Iosephum appellari. Ac ne illud quidem silebo, quod ad mores confirmandos maxime valet. Hermannus hic talis, et tantus, humanae infirmitatis vitio, tantillum de pietate remisit, et in beatissimae Matris officio persolvendo, hymnisque, et orariis precibus recitandis, negotiis, curisque distractus negligentior, cessatiunculam minus ipse observavit: nam per illos dies quidam monasterii fores effugerant, inque rerum custodia defixus, qui et quantum omisisset, minime senserat. Virgo beatissima suo novo Iosepho de coenobii tutela nimis sollicito, non formosa, ut solebat, occurrit, sed anili figura, et fronte rugis deformata. Expavit primo Iosephus, et latrones quos habebat in mente, suspicatus: ut quid ei esset, exclamat. Ego, inquit, divina Mater, huius monasterii sum custos multo iam tempore: ille agnita voce, ignota facie, tunc inquit: O Domina, et rosa pulcherrima? cum annuisset: quid igitur ista sibi figura valet? atqui, Mater ait, talis appareo, qualis tibi iam sum. Tempora illa requiro, in quibus me milles salutas, laudabas, memorabas: nec te pudet, in hac re esse remissum; mei memoria se nesciente. Servandi monasterii, quod latronum iniuria reseravit, necessitatem excusas; sed est futilis ista defensio, me enim in tali re appellare debuisses, cui est curae tutela coenobii. Cave igitur, ne tuae amor sponse refrigeret. Correctus, emendatusque Iosephus primum ardorem renovavit, et nihil de pristina viriditate, et florida amoris quasi iuventute, dimittit, ut adolescenti adolescentem se Virgo monstraret, nec vetulae formam induceret, quod in gravissimi supplicii loco ponebat. Accidit aliquando, ut minus caute progrediens, laberetur, in casu duos dentes proius, et ad terram afflictus exculeret, quos manu tollens, Virginem vidit, a qua rogatus amantem, quid haberet, dentes, hos, inquit, amisi, et gravi dolore discernor: da istos mihi; quos tibi de manibus generis accepit, in quo inseruit, dolore sanato, nullogue vulneris in Iosephi bucca manente vestigio. Ad aram Iosepho religioso canonico rem divinam facienti, aeternoque Patris immaculatum Agnum offerenti, Dei Mater affulsit, cum atroce caeco, cuius in medio crux aurea respandebat, deductoque sacrificantis pectore illuc visa est cum cruce, et calice penetrare. Neque mirandum est, in illius cruce sacerdotis intrasse Deiparam, in quo et Virginis vigeat amor, et erga Dei Matrem ardeat charitas, et virtutes omnes habitabant. In summa hyemis asperitate, hoc ipso Deipa-

rae intimo Iosepho sacrum faciente, quaedam virgo, cui Elisabetha nomen fuit, in tanto frigore moram et lentitudinem, missam dantis admirata, oculis mentis, hinc ab ipso Iesu, illinc a Matre medium vidit teneri presbyterum, cuius dexteram calefactabat Christus, sinistram virgo, et parens fovebat a frigore. Canticorum caustica, exhausto iam corpore, confectoque morbis, aggressus exponere, tantam ex Mariae matris laudibus dulcedinem sensit, ut nihil omnino doloris, nihil infirmitatis perpeti videretur. Maxima quidem, maxima haec sunt amoris erga hominibus et terra concretum argumenta, non incredibilia tamen, si Deiparae bonitatem, et admiranda huius alterius Iosephi merita perpendamus.

§. XIII.

Leander Albertus (*in eius vita Iordani*) haec refert: Iordanis ille, qui Dominicorum gregi universo post divum Dominicum summa cum laude praefuit, beatissimam Virginem Mariam intimo cordis colebat affectu, ut quae Praedicatorum familiam singulari patrocinio tueretur. Sub idem tempus, ex eodem numero quidam, nomine Bartoldus, bonus frater in primo Iordanum aliquando orantem observavit, praecantemque in templo ante aram immaculatae Dei Genitricis, sed oscitatione prodilus, et a Iordano, quid quaereret, interrogatus, ita respondit: Quidem Pater, nihil aliud explorabam, quam orandae Virginis rationem, consuetudinemque tuam, ut istis haerendo vestigiis, in ea me diligenter exercerem. Iordanus Bartoldi pro studio se debere patavit, ut omnino patefaceret. Coram misericordiae Matre, inquit ille, preces sic offero meas, cum vox haec Mariae, ex quinque litteris componatur, do operam, ut cuique illud canticum responderet, cui illa eadem praeposita liera sit. Tale deinde canticum salutatione angelica terminasset. Priusquam veniret ad Psalmos litteris illis insignitis, hymnum *Ave maris stella*, pronuncio, quo praemisso, *Magnificat*, recito, literae illius admonitae, quae in Mariae dulcissimo nomine, prima est Maria altera, quae deinde sequitur. *Ad te levavi oculos*, ut dicam, prosequatur, R. ordinae tertio, canticum Davidicum: *Retribue*, a me posci. Penultima, *L. In convertendo*, quasi suo iure a me repeti. A. ultimum *Ad te levavi animum meum*, proferre iubet. In singulis psalmis genuflecto, et Dei Matrem angelicis verbis consaluto. Narrabat idem Iordanus, vere Iordanis irrigans terram Dominicam, eundem eiusdem familiae viro sanctissimam Dei Matrem adfuisse, sibi quae Praedicatorum Ordinem valde probari affirmasse, in quo Ordine, quae Deo prosevantur officia, a Virgine laudibus inchoarentur, in easdemque desinerent. Fuit solemne primis illis Dominici successoribus, ut praeter consuetas preces ad omnes horas, Deiparae quoque officium diebus singulis integrum recitarent, a matutinis auspicientes, cumque coniaculis lectulis nullo interiecto pariete, cubarent, ut primum experge-

facti essent, stantes, rerum omnium gerendam primordia, ne calcis quidem indolis, a virginis laudibus, hymnisque Deiparae capiebant, nec se loco movebant, donec preces absolvissent: quocirca a filio Virginem impetrasse, ut nemo Dominicanus in mortifera culpa persisteret; sed, aut a lethali flagitio, si quod esset admissum, pedem quam primum referret, aut foras, si corrigi nollet, eiceretur, ne tam praeclarae familiae maculam posset intrare. Quae certe visio, Virginisque, Iordano teste, promissio societatis nostrae morem laudabilem esse declarat, quosdam vel ex iis, qui novitii esse desiderant, neque suis se rectoribus subdunt, emittendi, idque a Dominicanis quondam fieri consuevisse declarat hic locus. Non erit intempestivum divi Leonis Papae cum testimonium, tum decretum de retrogradis, quod sic habet: *Puella, quae non coacta parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum, atque habitum suscepit, si postea nuptias eligant, praevariantur, etiam si consecratio non accessit, cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanent.* Idemque sanctus Pontifex constituit, ut monacha non acciperet velaminis capituli benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate quadraginta annis, eiusque, ut credimus, suasu, Marthianus imperator lege cavuit hoc idem. In eos autem, qui illa, quae nobis, et Summorum Pontificum diplomata, et sancta Synodus Tridentina largitur, in dubium vocant, nobisque de sera professione, et aliis quae nostrae disciplinae sunt propria, molesti esse non desinant, illa eiusdem divi Leonis ad Leonem imperatorem scripta conveniunt: *Quae patfacta sunt, ait Pontifex, quaerere, quae perfecta sunt, retractare, et quae sunt definita, convertere, quid aliud est, quam de adeptis gratiam non referre, et ad interdictas arboris cibum mortiferos appetitus mortiferae cupiditatis extendere?* Haec ita Praesul, et doctor Ecclesiae, qui tamen ut illis occurramus, permittit, qui non nequitia labantur, sed ignoratione toleranda vacillant: itaque subdit: *Instructioni autem parvulorum nostrorum, qui post lactis alimentum cibo desiderant solidiore satiari, ministerii nostri praesidium non negamus: et sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus haereticis abstinemus, memores praeccepti dominici, dicentis: Nolite sanctum dare canibus: neque miseritis margaritas vestras ante porcos.* Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per prophetam dicens, *Fili alieni mentii sunt mihi.* His s. Leonis verbis illis hominibus respondemus, qui nostra condemnant, sive in arguendo pertinaces.

§. XIV.

Tritheimius (*lib. de monasi. Hirsaujensi*), Petrus Canisius (*lib. 5. de beata Virg. cap. 20*), Magnus ille Rupertus Abbas Tutlensis, cum natura tardus esset, et ad studia literarum inceptus, neque labore, ut multi ingenii tardita-

tem compensare posset, sanctissimae Virginis opem, cuius perstudiosus erat, ardentissimis et volis et affectibus imploravit, petit, et obsecrat, ut quando hebes natus est, et indocilis natura, illud vitium Virginis tollat auxilio: sibi enim sacrarum lierarum studia placere, neque de propianis disciplinis laborare. Ruperto moerenti, atque auxio, nocte se Virgo Mater ostendens, quae erant a Ruperto postulata, largitur, et ex tardo atque stupido, tam ingeniosus, acutus, et velox evasit, ut Germaniae Theologorum princeps haberetur, quandoquidem Ruperto parem actas illa non tulit. Tritheimioque teste, vivus, mortuusque miraculis claruit; admirabilemque sapientiam cum incredibili sanctitate coniunxit. Taoti beneficii per Virginem adepti non immemore Rupertus, Virginem suis in scriptis perstudiose commendat, laudibus effert, praedicatque perpetuo. Cuius rei, ut alia praeterem, testis est commentariorum aureus ille liber in Cantica.

§. XV.

Hieronymus Platus (*de Bono status religiosi l. 2. cap. 33*), iisdem verbis: *Sextodecimo aetatis anno in Praedicatorum Ordinem ingressus Albertus, cum in literis pene nihil proficeret, eo quod ingenio, ac memoria esset tardiore, tanto afflicti coepit taedio, ut etiam de religiosa vita deserenda tentaretur: in qua fluctuatione dum haereret, visum est ei nocte quadam cum scalis ad Monasterii murum admotis abitur pararet, apparere matronas 4. venerabiles admodum vultu, quarum una, deinde altera, semel iam, atque iterum scandentem, manu impulsam deturbaret. Cum autem tertio idem conaretur, interrogatum esse a tercia, quidnam ageret, et quae de causa: quia exposita, monuisse illam, ut opem polius a quarla matrona, quae Dei Mater, coelique regina esset, exposceret: se vero cum reliquis deprecatione adiutam. Paruit ille, ac benigne acceptus a Virgine, insuper etiam interrogatus est, vera scientia excellere mallet, divina, an naturalis. Tum adolescens, qui pro aetate, nihil adhuc altius gustasset, cum philosophiam dixisset: *Fiat, inquit illa, quod pelis; sed tamen quia scientiam hanc filii mei, septendecim praetulisti, extrema vita omnem perditam doctrinam, et in hanc ipsam, quam exus, hebentudinem recides. Nec mora, viso dilapso, statim se mutatum sensit: quidquid audiret, quidquid legeret, facillime capiebat, aut si quid paulo difficilius incidisset, cum se ad Virginem deprecandam, quasi promissum effugians, converterisset, illico consequbatur. Quare cum talis, tantusque vir evasisset, ut multos annos, tum docendo, tum scribendo consumpsisset, denique triennio, antequam a vita migraret, dum publice e cathedra, nescio quid interpretaretur, repente omnem sibi memoriarum rerum omnium, quas tenebat, funditus excidisse sensit. Tum ille coram omnibus qui a stabant, quod sibi adolescenti accidisset, enarravit, ac professus, quidquid sibi postea eve-**

niret, se fidei articulos complecti, et in eorum confessione emori velle. Descendit e suggestu, prosequentibus eum auditoribus cum fletu, cumque amanter amplexantibus. Quia etiam reliquam deinceps vitam, quasi repen-rascens, in magna simplicitate transegit: ita tamen, ut nullum religiosi instituti officium praetermitteret: nam in his tantummodo memoriae facultas constabat. Hic igitur tam admirabilis Alberti eventus, a quo Deus scientiam omnem, quasi mutuo commodalam, repetiit, ut a se datam ostenderet, alios quoque inducit religiosos, qui in doctrinis excellere, vel excellunt, id certa Dei ope, ac peculiari gratia consecutos.

§. XVI.

Gobelinus (*in vit. s. Anton. Archiep. Colon. lib. 1. cap. 33*): s. Anno Coloniensis Antistes, Mariae Virginis, sanctorumque omnium observatissimus, ac religiosissimus venerator erat, et eorum, qui Christo Domino placuissent, reliquias praecipua quadam pietate, et sanctitate cordis honorabat. Quorum omnium, sed praesertim Dei Matris patrocinio utendum, nitendumque esse affirmabat, hocque ut illi et facerent, et esse faciendum putarent, quibus ipse praerant, frequenter admonerat: in quem finem commemorabilem historiam ita narrabat: Romae quidam, qui divitiis intemperanter abusus, luxu, atque inertia diffuebat, solaque fide Christianus erat, in quo haesitae vitae vestigia apparerat, tantum Caesarii in ceteris frequentabat. Cum vero mortis inevitabile telum Andream ex numero viventium exturbasset, corpus non sine amicorum, proquinorumque lamentis in feretro ad sepulchrum collocaat, protinusque mediam ad noctem excubitis die postero humandus asservatur. Enimvero in nocturno silentio feretrum cum summo adstantium horrore moveri coeptum est, et caput attollens, qui iam obierat, aliis fugientibus, aliis manentibus quidem, sed pavidis, atque contreritis in lecto resedit, et cum se quidam fortiores ex illo timore collegissent, ad lectos accedunt, et Andream tria prudenter interrogant: *diaboli ne Iudificatione illud fieret, ut, qui mortuus esset, vivere videretur, an praeter mortuam legem, divina virtute, quod multis evenerat, rediret ad vitam; an denique morbi gravitate pro mortuo habitus esset, qui stupidi sensibus immobilis, viveret tamen, et spiritum secretissime duceret? ille suspirans: non haec, inquit, simulata, sed vera mors fuit, perpetuatae apud inferos meorum scelerum poenas dedissem, nisi sanctissimi martyris Caesarii depreatio, et patrocinium adjuisset. Rogatus ubi fuisset, quid vidisset, et quare revixisset? ita respondit: E corpore per vim ciecatus, et ad metuendum Christi Optimi Maximi tribunal, soliumque pertractus circumstantibus angelorum millibus, meorum scelerum conscius, eorum neminem appellare audebam, severique iudicis sententia damnatus daemoni-*

bus rapientibus traheretur ad inferos, et illius quidem horae diritas deleri mihi ex animo dequirit. Horrendi spectaculi ante oculos imago obversatur, et quoties terribilis iudicii mihi venit in mentem, toties corpore, et artibus contremisco. Et cum me fletum, vociferantem, et lacrymantem caccinantes daemones, ac meos aerumnis insulantes in semperna miseriae barathrum iamjam detrudere conarentur, martyr Caesarius patronus, et tutor meus, sui clientis miserans interitum, favente Dei Matre clementissima, sanctisque Apostolis, et Martyribus una deprecantibus, ante Dei tribunal in genua procumbens, suorum signa vulnerum demonstravit, et in hunc locutus est modum: *Pater misericordiarum, totiusque bonitatis fons, haec pro tua gloria quondam libenter accepi, quae tamen longo intervallo nescio quomodo recrudescunt: et si nullus quidem in hac beatissima vita doloris est sensus, tamen si ita dicere fas est, crucior, atque angor interitum, quod is, qui suam vitam mihi crediderat, praecipit ad inferos impellatur, arguaturque stultitiae, quandoquidem inani sepe ductus, me, ut suae vitae tutorem, ac curatorem venerat. Est Caesario haec flexis genibus ante conspectum praepentis Dei pro Andrea, daemoneum captivo, dicente, mitissima Dei mater Virgo Maria, Sanctorum omnium stipata choro, filium, et Dominum suum ad martyris Caesarii flexit voluntatem, utique Caesario Andreas concederetur, obtinuit. Itaque immundis praeda est erepta de manibus. Caesario Andreas divini nominis voluntate, per sanctissimum Deiparam e mortis aeternae faucibus extrahente: idcirco, ait, sum iussus corpus resumere, ut his cogitatis, tua, utique curae sit salus. Haec Andrea narraute, omnium, qui aderant, animi, prae stupore riguerunt; ipseque cum resedisset in feretro, animam iterum exhalavit. Hoc, ut diximus, ad Sanctorum, et in primis Deiparae ingenerandum amorem, et coelium captanda suffragia, s. Episcopus memorabat: sed, ut multa libris desunt, intelligendum est, C. Caesarii meritis ante priorem, posterioerque mortem Andream de sine sceleribus rite esse sacerdotii confessum, visionemque illam quasi picturam foisse eorum malorum, quae sine poenitentia decedens, sine dubio aeternae peritissel, martyremque Caesarium, Virgine adiutricem, aut confessionem, aut certe in subita moriendi celeritate, dolorem, peccata tollentem, et expiantem, voto etiam confessionis, si licebat, adhibito, contritionem theologi vocant, suo clienti meruisse.*

§. XVII.

Surinus (*de vit. Augustin.*): Benedictus natione Siculus, vir in primis nobilis Ioannem Drepanensem duxit uxorem: cum aetate ipsa nuptiarum die, anni 6. et 20. praeterisset, neque ullam toto illo tempore prolem genuisset, beatissima Virgini, quem filium procreasset, communi amorum voto sponderunt, et Ordini Carmelitarum, qui sanctissimae Deipa-
rae